Quelle: https://manuscripta.at/?ID=793
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



ti uocantur. Vos autem non sic sed qui maior est in uobis
fiat sicut iunior. et qui precessor est. sicut ministrator.
Nam quis maior est qui recumbit. an qui mi
nistratur. Nonne qui recumbit. Ego autem in
medio uestrum sum. sicut qui ministrat. Vos autem
estis qui permansistis mecum in temptacionibus
meis. Et ego dispono uobis. sicut disposuit michi
pater meus regnum. ut edatis et bibatis super me
sam meam in regno meo et sedeatis super thronos
duodecim iudicantes duodecim tribus israel. Ait
autem dominus. Symon symon ecce sathanas
expetiuit uos. ut cribraret sicut triticum ego autem
rogaui pro te ut non deficiat fides tua et tu aliquando
conuersus confirma fratres tuos. Qui dixit ei. Domine te
cum paratus sum et in carcerem et in mortem ire. Et
ille dixit. Dico tibi petre. non cantabit hodie gallus
donec tu ab neges nosse me. Et dixit eis. Quando mi
si uos sine sacculo et pera et calciamentis numquid
aliquid defuit uobis? At illi dixerunt. Nichil.
Dixit ergo eis. Sed nunc qui habet sacculum tollat
similiter et peram et qui non habet uendat tunicam
suam et emat gladium. Dico enim uobis quo
adhuc hoc quod scriptum est oportet impleri in
me et quod cum iniquis deputatus est. Et enim que